



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Versus Waldrammi Ad Salomonem Episcopum, Quos Salomon ad
Dadonem mittit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Pellere sincero nos temet amauimus ambo,
 Vnicè confisi existimusq; tibi.
 ambo germani te poscimus auxiliari.
 Hoc mihi succurrís, si memor eius erís.

SALOMONIS EPISCOPI TE-
 TRASTICHON, QVO CARMEN
 VValdrammi mittit ad Dadonem
 Episcopum.

In m. f. non est
 titulus.

Hic tibi scripturam Præsul subiungo legendam,
 Quidam * suspirans qua mea damna gemat.
 Qui, cum mœrorem ferret mihi plaga recentem,
 Primum condoluit, cumque gemente strepit.
 Posthac humana proponens debita vitæ,
 Me sufferre monet, quæ toleranda manent.
 Tu quoque sic facito, mihi par per vtrumque maneto.
 Post fletum tandem me, rogo, fac hilarem.

* VValdram-
 mû intelligit.

VERSVS VVALDRAMMI AD
 SALOMONEM EPISCOPVM, QVOS
 Salomon ad Dadonem mittit.

Huc pertinet i-
 ste titulus, qui
 in m. f. perpe-
 ram primo cat-
 mini additus
 est: Versus
 VValdrammi
 ad Dadonem
 Episcopum à
 Salomone
 missi.
 Jerem. 37.
 Gen. 37.
 Zach. 12.
 Adadremmon
 2. Paralip. 35.
 Ouid.

Plangit Rachelis plebs mecum lugeat omnis,
 Et velut ob Ioseph, Israël ipse dolet.
 In campo Magedon fuerat ceu luctus Adremmon.
 Iosias migrat, sic modo flere iuuat.
 Conuenit ecce mihi cuiusdam voce profari,
 Cui dolor, anxietas, mœror & intus erat.
 Carmina qui quondam studio florente peregi,
 Flebilis heu mœstos cogor inire modos.
 Ecce mihi laceræ dictant scribenda Camœnæ;
 Et veris elegi fletibus ora rigant.
 Quis, rogo, non lugeat? quis se plangore coëreet?
 Cum qui lætitiâ amplificabat abest.

Qui

Qui faciem placidam reminisci quiveris illam,
 Non lacrymas fundens, nonque dolore madens?
 Nobilis, ingenuus, primas, mediocris, egenus,
 Luctu communi, hunc flet ab orbe rapi.
 Vera manent certè quæ scribit canna poeta,
 Qui cum perspexit acris mortis, ait:
 Aspera conditio, & fors irrevocabilis horæ,
 Quam generi humano tristis origo tulit.
 Cuius quod sequitur lauta ratione politum,
 Ut relegas Domine hic libet inserere.
 Ecce hoc triste nefas nobis genuere parentes,
 Cæperat vnde prius, hinc ruit omne genus.
 Primus Abel cecidit miserando vulnere casus,
 Ac fraterna sibi.....
 Post quoque Seth obiit, sub Abel vice redditus isdem,
 Et quanuis rediit, non sine fine fuit.
 Quid Noë memorem laudatum voce Tonantis?
 Quem gravis arca tulit, nunc gravis arca premit.
 Sic quoque Sem, & Iaphet iustissima proles,
 Sancta & progenies, tale cucurrit iter.
 Quid patriarcha Abraham, vel Isaac, Iacob quoque dignos?
 Cum de lege necis nemo solutus ades?
 Melchisedech etiam Domini sacer ore sacer dos,
 Iob quoque, seu geniti sic abiere sui.
 Legifer ipse iacet Moses, Aaronq; sacer dos,
 Alloquioq; DEI dignus amicus obit.
 Successorq; suus, populi dux inclutus Iesus,
 Quos legitis libris occubere patres.
 Quid Gedeon, Samson, vel quisquis in ordine Iudex,
 Mortem sub Domino iudice nemo tulit.
 Israëlita potens David Rex, atque propheta,
 Est situs in tumula cum Salomone suo.

HENRICI
 S. J. J.
 tom. 1. m.
 S. 1. v.
 24

Eliaſ, Daniel, Samuel, Ionasq; beatus,
 Viuens ſub pelago, ſtat, modo preſſus humo.
 Princeps clauo Petrus, primus quoque dogmato Paulus,
 Quamuis celfa anima, corpora terra regit.
 Semine ab humano cui nullus maior habetur
 Vir Baptiſta potens, ipſe Ioannes obit.
 Enoch, Heliaſq; hoc adhuc ſpectat vterque,
 Qui ſatus ex homine eſt, & moriturus erit.
 Ipſe creator ouans cito ſurgens Chriſtus ab ymbriſ;
 Hic quia natus homo eſt, carne ſepultus humo,
 Quis rogo non moritur, mortem guſtante ſalute?
 Dum pro me voluit ſic, mea Vita, mori.
 Ergo quid hinc facimus, quod declinare nequimus,
 Cum nihil auxiliij poſſumus eſſe rei?
 Ploramus, gemimus, ſed nec prodeſſe valemus,
 Luſus adeſt oculis, eſt neque fructus opis.
 Viscera torquentur, lacerantur corda tumultu:
 Sunt cari exſtincti, flendo cadunt oculi.
 Ecce vocatur amor, nec iam reuocatur amator,
 Nos neque iam repetit, quem petra merſa regit.
 Vimus ergo omnes alia regione locandi,
 Iuimus ad patriam, quos peregrina tenent.
 Ne reuerende Pater, ne caſu . . . eſto, . . .
 Non hunc flere decet, quem paradifus habet.
 Quod iubet omnipotens, non poſſumus eſſe rebelles,
 Fortè DEVM contra eſt, illius acta dolens.
 Illius ecce ſumus figmentum, & ſpiritus inde eſt:
 Cum iubet hinc imus, qui ſumus eius opus.
 Accipe ſolamen, quod ſcis ſpondero creantem:
 In me qui credit, non morietur ait.
 Spondet adhuc etiam, nullus cui detrahatur unquam:
 Quae duo de poſcant, ut ſibi danda ſciant.

Ioan. 16.

Ioan. 8.

Si

Matth. 18.

Si duo de vobis votis concordibus, aicens,
 Implorant aliquid, hoc pater ipse dabit.
 Si possint rari Domino prestare mereri,
 Quae precibus possunt; quid numerosa queunt?
 Turba sacerdotum, monachorum corpus inermis,
 Nonnae cum viduis, pauper, inopsq; phalanx,
 Clerus cum vulgo, vilis cum diuite summo,
 Cum maiore minor, cum puero senior.
 Commendant animam IESU cum questibus ipsam
 Fratris germani, Domnae beate, cui.

DISTICHON SALOMONIS, QVO
 SEQVENS CARMEN AD DADO-
 nem mittit.

R^Vrsus, sancte pater, tua me dilectio cogit
 Scribere doctiloqui verba perita viri.

VERSUS VVALDRAMMI AD
 SALOMONEM, QVOS SALOMON
 ad Dadonem misit.

E^Sto virile decus, patienter vince dolores,
 Quod non vitatur, vel toleretur onus.
 Talis erit populus, qualem te viderit esse,
 Deq; tua facie plebs sua vota merit.
 Deniq; lob natos septem vno triste sub ictu
 Amittens, laudes rettulit ore DEO.
 Femina bis felix pia mater Maccabeorum,
 Natos septem vno funere lata tulit.
 David Psalmigraphus cum natum amisit amatum,
 Mox tumulo posuit, prandia festa dedit.
 Haec girata manu, nec non percensita censu,
 Fors maerore tuum, domne, leuant animum.

ME.